

Johann Botsack Andreas Hogrevius

Scrutinium Scripturae Sacrae cuius anteriorem partem

Gedani: Rhetius, [ca. 1640]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn786501758>

Druck Freier  Zugang




DISPUTATIONES THEOLOGICAE MISCELLANEA.
Tomo hoc XCVII. comprehensae.

Scrutinium Scripturae Sacrae. Pr. D. J. Michael. Behm.	1.	De Triplici Officio Christi. Praef. 25.
Conformitas Iudaeo-Papistica in loco de Scriptura Sacra. Pr. D. N. Gejero.	2.	De Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Analogia Fidei. Pr. D. J. B. Calovii.	3.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Interpretatione Scripturae S. S. N. Myli.	4.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de SS. Scripturae Auctoritate, Perfectione ac Perspicuitate. Pr. N. El. Veselio.	5.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Hermeneutica vera et falsa. ad 2. Pet. 1. v. 20. 21. Praef. D. J. Veselio.	6.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Cognitione Dei definitiva, an debet Pr. N. Joh. Wemmam.	7.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Sanctissimo Trinitatis Mysterio. Pr. Sebast. Niemann.	8.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Personarum divinarum distinctione, an et quanam illa sit. Praef. Eodem.	9.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Actione Dei prima in tempore, quae dicitur Creatio. Pr. N. Joh. Wemmam.	10.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Permissione divina circa peccata. Pr. D. Christiano Chemnitio.	11.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Apparitionibus Daemonum. Pr. D. Joh. Meisnero.	12.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Natura et Quidditate Luminis Gloriosa. Pr. D. Joh. Ernesto Gerharo.	13.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Peccato veniali. Praef. Eodem.	14.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Peccato in Spiritum Sanctum. Pr. N. Joh. Wemmam.	15.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Phrasi Scripturae, qua Deus dicitur Indurare, Excoecare. Pr. D. S. Schmidt.	16.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Verbis Liberi Arbitrii in Conversione. Pr. D. Sebast. Niemann.	17.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Actione Dei prima ab aeterno, quae dicitur Praedestinatio. Pr. N. Joh. Wemmam.	18.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Phrasi Scripturae, Deletionis a libro vitae. Praef. D. Sebast. Schmidt.	19.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Foemina Circumdante Virum, tanquam novo, quod creavit Dominus. ex Jerem. 31. v. 22. Pr. H. Harichhorstius. N. A.	20.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Aphorismo Joh. 1. v. 14. Verbum Caro factum est. Pr. N. Joh. Wemmam.	21.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Aphorismorum Theologia. De Inventione Filii Dei Domini N. I. C. Praef. Eodem.	22.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Aphorismo Paulino ex 1. Tim. 3. v. 16. Deus manifestatus est in carne. Praef. Eodem.	23.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.
de Parabolis Calvinis. Newtonianus. Praef. Johanne Adalmo Scheyero.	24.	de Problemate Theologico, de Titulo 26.

Collecta à M. Antonio Ulrico
Comp. Tubingae. Anno 1680
d. 14. Junij.

V.



Scrutinium
SCRIPTURÆ
SACRÆ cujus antero-
rem partem

Præsides

JOHANNES BOTSACCO S.S. Th. D.
& P.P. Gymnasij Gedanensis Moderatore
& ad S.S. Triados verbi Ministro. *Ob. 1674. et 74.*

*Suscipere & ad divinos honores propagandos, ardui
& principis hujus, LOCI certitudinem indagandam, sui infor-
mationem in hoc studiorum genere augendam & Adversario-
rum audaciam confringendam quantum DIA BENIGNI-
TAS & INGENII Tenuitas largientur.*

DEFENDERE

ANDREAS HOGREVIUS Palæo-Sedinensis-
Pom: publicè conabitur.

Addiem XVIII. IIXbris horis matutinis in Auditor: majori.

Joh: 5. 39.

ΕΡΕΥΝΑΤΕ ΤΑΣ ΓΡΑΦΑΣ

✠)ο(✠



Descriptum Gedani à GEORGIO RHETIO Reip.
& Lycei Typothetâ.



J. S. N. I.
T H E M A T A
De
SACRA SCRIPTURA.

I. **Q**uemadmodum Optimus Maximus, liberali caussa manu gentem Israeliticam, ex ferrea ista, cen Deut: 4. v. 20. Ægyptus vocatur, fornace, asserturus, ante discesum carnali armamento voluit instructam, nempe ut pedes calceamentis munita, & renes baltheo accincta, manu scipionem preñaret, Exod: 12. v. 11. Sic nos etiam quoquo temporis articulo, spirituali, id est, verbo divino, seu Sacra Scriptura, ante egressum ex utceratissima hujus mundi Ægypto, qui haud iniquè propter summam miseriarum, erumnarum & plagarum καὶ ἐκλύσις, quam Syr. 40. v. 1. & Amos 4. v. 9. depingit, tale nomen meretur, armatos esse jubet. Ista enim Israelitarum corporis munita, explicante Apostolo Eph: 6. v. 13. 14. & 15. typicè Scripturam sacram & spiritualem armaturam representant, quæ nos adversus Diaboli, ejusq. satellitum rabiem & Sycophantias plus quàm Sinonias cautâ sollicitudine semper paratos, promptos & expeditos esse oportet. Quare, ut, quæ armaturâ sumus communiendi, constet, paulò fusiùs, rudi tamen & levi stylo ea de re disfertabimus.

II. *Vsitata igitur methodi vestigia presuri ab ὀνομαστικῶν, in qua ἱερολογία primò consideramus nō immeritò auspicamur.*

III. *Ea autem est triplex, (a) Logica, quæ hoc loco, cum vox ultima abstractionis sit, nulla est.*

IV. (b) Grammatica, quæ est à verbo scribere, ipsam nempe actionem seu opus denotante, quæ sapientissimus hujus mundi Opifex, ea, quibus hætenus per S. Patriarcharum tanquam

*S. Scriptura
constitit, quoad
ἱερολογία
quæ est ἱ. Logica.*

Grammatica,

A

Orga-

αὐτῶν Sacrorum Bibliorum nomine insignitur, denotamus.

IX. *Εὐκρίσια* sequitur, in qua, cum ampla sit, ne ἀπεθόσως
versemur aut minus perspicue à nobis consideretur, hanc eam clas-
sum sequentium cancellis circumscribimus, ita ut prima classis
appellationes ab Efficiente seu Autore tam Principali
quàm Instrumentali desumptas referat, ut quando vocatur
1. Reg. 3. v. 1. Verbum Domini Psal. 33. v. 4. Joh. 8. v. 47. Act.
12. v. 24. Eloquium & eloquia Domini Dei Psal. 11. v. 7. Es.
5. v. 25. & cap. 40. v. 8. Ezech. 6. v. 3. Lex Dei Psal. 1. v. 2.
Psal. 19. v. 8. Veritas Domini, 57. v. 11. Iuramentum Domini
Gen. 26. v. 3. Verbum Patris Ioh. 14. v. 24. Doctrina Christi
2. Ioh. 1. v. 9. Mysterium Christi Eph. 3. v. 4. Verbum Spi-
ritus S. Ioh. 6. v. 63. Sermones servorum Dei Prophetarum
Ier: 26 v. 5. Doctrina Apostolorum Act. 2. v. 42. & cap. 5. v. 27, 28.

X. *Secunda* à natura seu qualitate. Verbum sanctum Ps.
105. v. 43. Bonum Dei verbum Heb. 6. v. 5. Sana doctrina
Tit. 1. v. 9. ἰσαφῆ θεόπνευστος 2. Tim. 3. v. 16. ἀγία γράφῃ Rom.
1. v. 2. ἰσα γράμματα 2. Tim. 3. v. 15. Bona doctrina 1. Tim.
4. v. 6. Eloquia Domini sunt igne examinata ps. 18. v. 31. Sci-
entia Salutis Luc. 1. v. 78. Verbum solatii ps. 119. v. 50. Ser-
mo crucis 1. Cor. 1. v. 18. Vivus & efficax Dei sermo Heb. 4. 12.

XI. *Tertia*, ab effectibus. Verbum vite Philip. 2. v. 16.
Act. 5. v. 20. Virtus Dei ad salutem Rom. 1. v. 16. verbum Dei
letificat & illuminat Ps. 19, 8. 9. Verba vite aeternae Ioh. 6, 68.
Lex. Spiritus vite Rom: 8. v. 2. verbum fidei Rom: 10. v. 8.

XII. *Quarta* Metaphoricas. Galea salutis & gladius Spi-
ritus Eph. 6, 17. ignis & malleus Ier: 23, 29. Calamus mensuris
Apoc: 11, 1. bonus odor 2. Cor: 2, 14. fons sapientiae Baruch: 3, 12.
fons aquae salientis in vitam aeternam Ioh: 4, 14. bonum semen.
Matt: 13, 24. pluvia Ps. 68, 10. aqua, vinum & lac Esai: 55. v. 1.
Pasqua, aqua refectiois, mensa, Calix exuberans, virga, bacu-
lus q. Ps. 23, 2, 3.

A 2

XIII.

ad Originem
ref. 3. a.
Eunoro

1
quoad dō
πρὸς τὴν ἀπολογία.
III. Fuit ὀνομασλογία, transitum itaque facimus ad πρὸς
ὡς obser. γμασλογοίαν, in qua hac vice Definiti onem, Divisionem,
I. Definitio Sacrae Scripturae, Adjuncta & objectū ad contemplationis lancem appendamus.

XIV. Definitio: Scriptura Sacra est verbum Dei immediatè à Prophetis, Apostolis & Evangelistis Spiritu S. illustratis propositum & literis traditum solidè & perspicuè nōs instruens de voluntate & essentia Dei, ut ad vitam aeternam consequendam apti reddamur.

XV. Reliquis Definitionis partibus sequenti disputationi reservatis, genus ejus saltem sub considerationem venit, per quod non hypostaticum, sed πρὸς Θεοῦν intelligimus verbum.

II. Divisio, quae
concernit, & totum
systema,

XVI. Divisiones scripturae, quarum alia totum ejus systema, alia verò subjectam materiam dividunt, varia circumferuntur, Primum genus profertur à Flacio Illyr. 2. part: Clav. script: p. 201. ex D. Iunily Episcopi Africani libro, cui titulus est de Partibus divinæ Legis, dum universam Scripturā ut ipsius verbis utar, ratione superficiei dictionis & subjecta materia, quam nos docet, in duas primarias partes distinxit, ita ut ad superficiem dictionis quinq; potissimum referantur 1. Species dictionis. 2. Autoritas. 3. Conscriptor. 4. Modus. 5. Ordo. Ad speciem dictionis tum ipse stylus aut sermo tum genus scriptionis aut tractationis.

6. subjectam Materiam.

XVII. Subjecta materia variè dispescitur 1. Noster Salvator eam dispescit Luc: 24, 47. cum de officio & doctrina ministerij Apostolici loquitur, in Legem & Promissionem gratiæ, quae propriè Evangelium. 2. Apostolus Paulus eodem ferè modo eam distinxit Eph. 2, 20. inquit: Superstructi estis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. 3. Ecclesiae Doctores distinguunt eam ita, ut alij libri sint Historiales, alij Prophetici, alij Poëtici, seu, ut quidam malunt Musici; alij sententiarij, alij Epistolares. 4. Flacius 2. part: Clav. script: p. 53. In quatuor regna seu Monarchias ejus argumen-
tums

rum dividit, nempe (1) In regnum Dei aut naturæ, ut est primum homo Conditus. (2) In regnum Diaboli & peccati, ut est postea lapsus: 3. in regnum gratiæ aut Christi, ut est homo per eam redemptus & instauratus (in quo etiam perfectam illam instauracionem comprehendit quæ post resurrectionem primum sequetur) 4. In regnum Antichristi quod nunc grasatur. 5. Alii eam distinguunt ratione temporis & substantiæ respectu simul in N. & V. Testamentum.

XVIII. V. Testamentum variè subdividitur I. ratione Christi in Legem, Prophetas, & Psalmos Luc: 24. v. 44. 2. ratione officij ejusdem triplicis, Sacerdotalis, Regij & Prophetalis, quod Pflacherus ita dividit, ut Sacerdotale officium describant libri Pentateuchi, Regale, libri subsequentes Historici. Propheticum libri Hagiographi & Prophetici. 3. ratione Doctorum in Legales, Historicos, Paranæticos & Propheticos, seu ut aliis placet, in Legales, Historicos, Doctrinales & Propheticos.

XIX. N. verò testamentum vulgò in Historiales, Doctrinales & Propheticos partiri solent, ita ut Historiam quatuor Evangelista & Acta Apostolica complectantur, Doctrinam, Epistole Pauli, Iacobi, Iohannis, Petri & Iudæ, &c. Prophetiam, deniq; Apocalypsis Iohannis.

XX. Enim verò ne in vasto isto variarum divisionum Oceano longius quam par est, abrepti fluctuemus ad certam aliquam, quæ non est temporis neq; ordinis neq; styli sed doctrinae & materiae, nempe in Canonicos & Apocryphos nostra tractationis proram dirigimus. Priusquam autem ex portu soluti in altum vela demus, pauca de ejus utilitate, necessitate & Pontificiis qui eodem quidem distinctionis genere utuntur, à nostro tamen longè diversissimo, præmittemus.

XXI. Utilitatem & necessitatem ejus tribus his aphorismis complectimur 1. Vi certè & indubitato constare possit, qua-

A 3

nam

et
Hac distinguitur
in N. et. V. Testam.
quod postea sub
dividitur i. ratiōe
Christi, 2. ratiōe
officij ejusd. triplicis,
3. ratiōe Doctorum.

primo div. in histor.
doctrinal. et prophet.

ab hac divisione
progređ. ad eam, quæ
libri libel. dividuntur
in Canonicos et Apo.
cryphos.

nam sit ista regula & norma, secundum quam nobis sit incedendum, de qua Apost. Gal. 6, 16. & Phil: 3, 16. Inquit: Quicumq; ad hanc regulam incedunt, pax super illos & misericordia, & super Israël Dei. 2. Ut discrimen illud inter *Ievdoyea Φημερα* seu spurca & adulterina scripta & *γνητios* vera, unicuiq; sit exploratum, seu ut indefecata divina doctrina ab humane rationis figmentis sequestretur, & 3. ne, si quid in Ecclesiâ sit controversum, ex Apocryphorum pandectis litem dirimere & nostre religionis fundamenta statuminare conemur.

XXII. Non levis nobis cum Pontificijs de hac distinctione intercedit controversia. Illi n. maximam Apocryphorum partem exceptis tertio & quarto libro Esdræ, tertio & quarto Maccabeorum, Oratione Manassis &c. in parem autoritatis censum cum canonicis collocant, sed Apocryphosistos minime autoritatem canonicam obtinere posse infra patebit.

XXIII. Premissis jam his latiori canonicorum explanationi nos accingimus. In ea occurrunt I. Generalia, in quibus I. Nominalia ubi (α) ἔτιμον, quod vel Gramaticum vel Historicum.

Doctrina circa libb. canonicos,
In qua occurrunt
I. Generalia
in quibus it:
1. Nominalia
ubi 1.
ἔτιμον,
quod ἔ Gramaticum

XXIV. Gramaticum est *ἡ δὲ ἔτιμον* & sive à canone seu amussi & regula s. lineâ, secundum quam architecti tanquam perpendiculum suæ structuræ actiones dirigunt, ne ab hac delirantes rerum quædam confusio existat. Inde Gratianus cap: Canon. dist: 3. ex Isidor. lib: 6. Etym. cap. 16. non imprudenter dixit: Canon Græcè, Latinè regula nuncupata inde sic dicta, quod rectè ducat, neque aliquando aliorsum trahat. Hoc per elegantissimam metaphoram non minus acri quam sapienti iudicio Ecclesiæ Doctores ad scripturam applicuerunt, quippe qua exacta norma, secundum quam omnibus, qui in domo Dei omnipotentis architectanda operam collocant, opus exigendum est, ne exactissimo hoc funiculo destituti in varia erroris precipitia agantur, De quo vid, Clariss: Dn. D. Chem: in

I. part:

I. part. Exam. Concil. Trident. p. 81. Non minimum tamen
ea hanc metaphoram illustrant, quæ leguntur apud Lucian: in
lib: de hist. conscrib: dum canonem eam partem vocat, quæ
est supra trutinam & æquilibrium facit & trutinanti vel
excessum vel defectum monstrat. Scriptura n. est illud ipsum
examen & æquilibrium, quod nobis aperte conspiciendum præ-
bet, quænam tanquam vera dogmata in articulis fidei sint am-
plectenda, quænam tanquam adulterina, supposititia & falsa
respuenda. Et horsum respexisse videtur Augustinus cum lib: 2-
cap. 6. de Baptism: cont: Donat: inquit: Afferamus non stater-
ras dolosas, ubi appendamus quod volumus, pro arbitrio
nostro dicentes: Hoc grave, hoc leve est: sed afferamus
divinam stateram de scripturis Sanctis, tanquam de the-
sauris dominicis, & in illa quid sit gravius appendamus
sed à Domino appensam recognoscamus.

XXV. Historicum desumi posse videtur ex Ps. 19, 5. ubi
regius Propheta David Spiritu S. plenus sic canit: In omnem
terram exivit canon eorum, & in fines orbis terræ verba
eorum: Expressius verò legitur hoc vocabulum apud Paulum
dum Gal: 6, 16. inquit: Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τῶν σοιχῆσαι ἐπιθήνη
ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἐλεῖσθαι καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ ἔθει. Et Philip: 3, 6.
τῷ αὐτῷ σοιχεῖν κανόνι.

XXVI. Ὁμωνυμία (β) sumuntur libri canonici vel κα-
ταχρηστικῶς vel εἰδικῶς. Καταχρηστικῶς, cum per canonicos to-
tius Codicis sacri compages indigitatur, quæ tam ea quæ ad æ-
dificationem morum faciunt, complectitur, quàm ea quæ ad
dogmata confirmanda, ita ut per vocem canonicus nihil
aliud intelligatur quam Biblicus. Et hoc modo aliquoties Au-
gustinus hac voce utitur, ut excludat tertium illud librorum ge-
nus nempe supposititium falsum & adulterinum, in quo, ut
cum Eusebio ex lib: 3. cap. 25. loqui liceat, stylus multum ab
Ecclesiastica consuetudine deprehenditur esse diversus,
sensus

Historicum

culi
2. Ὁμωνυμία
cum libri canonici
sumuntur, ἢ
καταχρηστικῶς

1
2. εἰδικῶς.

sensus, quoq; ipse longè ab Apostolica fide dissonat, ex quo figmenta esse pravitatis heretica comprobantur. εἰδικῶς: Cum voci Apocryphus è diametro opponitur, & id librorum genus significatur, cui caelestis veritas est indita, quodq; tanquam divinitus inspiratum perfectam fidei & morum exhibet normam, secundum quam omnia alia scripta tuto judicari & examinari possint, debeantq;.

ubi
3. Συνομογραφία.

XXVII. Συνομογραφία (δ) libri canonici ab Ecclesiasticis Autoribus varia, sortiuntur nomina. Eusebius lib. 3. Hist. cap. 9. vocat ὁμολογημένους γνητίους veros & genuinos, omniumq; consensu probatos. Alij ἀναμφιλέκτους ἐνδιαθήκας καὶ καθολικῶς. Alij διαθηκογράφους seu Testamentarios. Epiphanius βιβλῶν her. 8. Niceph. lib. 1. Hist. Eccl. cap. 1. Receptos.

2. Realia

XXVIII. Fuerunt Nominalia, sequuntur jam Realia, in quibus 1. notetur Autor canonis qui vel respectu pontificiorum falsus, vel respectu nostri verus. Falsus, imò ἀτοπὸς & absurdus est. quem gens Iesuitica nobis obtrudere conatur, ut Bellarm. lib. 2. de Sacram. c. 24. dum perperam effuit: Concilia edidisse canonem, & Becanus garrere non erubescit in suo comp: Manual: lib. 1. cap. 1. de S. Scriptura quest: 1. p. 25. Ab Innocentio tantum, qui Anno 402. vixit, canonem in Ecclesiâ durasse, Verùm hac sententia nullis satis idoneis argumentis innixa lubrico consistit talo. Absurdum n: esset asseverare, tanto ante Innocentium temporis intervallo tot Doctores in edificanda domo Dei, id est Ecclesiâ, fuisse occupatos absque certo canone atq; regulâ. Sed verus est Autor ipse Deus qui eum per suos ministros tam in V. quàm N. Testamento, ut mox demonstrabimus, constituit.

ad q. ref. Canonis
Definitio.

XXIX. Observetur 2. canonis definitio. Eum sic definit Arist. lib. 1. de an: cap. ult: τῶ, inquit, ἐνθεῖ καὶ αὐτὸ καὶ τὸ κάμπυλον γνώσκομεν, κρήνη γὰρ ἀμφοῖν ὁ κανὼν. Et à Varino quod sit μέτρον ἀδιάψευστον πάντων προόδων καὶ ἀφαιρέσεων μηδαμῶς ἐπιδεχόμενον.

XXX.

XXX, *Virg*, hac definitio non minus scitè quam rectè scri- *ca approbatur.*
ptura competit. Illa n. est certissima & infallibilis norma, cui
nihil omninò est addendum vel detrahendum Deut: 4, 2.
à qua non est declinandum neq; ad dexteram neque ad
sinistram. Ioh: 23, 6. Inde Ecclesiastes dicit summà diligen-
tià se virgam rectitudinis, quæ sceptrum rectum est, qua-
sivisse Eccles: 12, 10. Imò verba fidelia Ps: 19, 9. verba per-
fecta d. Ps: v. 12. & ideo Esaias ad eam nos revocat cap. 8. vers.
20. inquit: Nunquid non populus à Deo suo requiret
visionem pro vivis à mortuis? Ad legem magis & Testi-
monium. Quod si non dixerit juxta verbum hoc, non erit
eis matutina lux.

XXXI. II. Specialia, quæ vel V. vel N. Testamenti. V. T. II. Specialia
considerantur vel præcognitivè vel cognitivè. Præcogniti-
vè dupliciter. Quinam ejus Autor? Num inter canonem
Christianorum & Judæorum differentia constitui possit
aut debeat? *quoad v. consid. Spa
Præcognitivè.*

XXXII. Quod attinet primum, non ignoramus sum- *ubi i. obs. Auth. v. T.*
mum Autoremesse Deum ipsum, qui cum per 2454 annorum
spatia ferè per vivam Patrum τῶν μαρτύρων τῶν ἁγίων vocem do-
cuisset suum populum, & sua cælestis doctrinæ puritatem à Dia-
boli & gentium idololatrarum aspergine satis integram vix
futuram prævidisset, ne opus esset eam frequenter novo & pe-
culiari, ut hætenus factum erat, revelationum genere restau-
rare, initio à se ipso factò, Moysi scribendi negotium dedit. Et
hec scriptura tanquam à Deo ipso incoata, deinde tanquam ἀυ-
τόπιστος & authentica varijs modis confirmabatur 1. stupen-
dis miraculis per Mosén exhibitis. 2. Reposicione ad latus
arcæ fœderis. Moses n. cum jam suo operi fastigium imposuis-
set. Levitis arcæ fœderis gestatoribus, ut in divinisimis archivis
antefaciem Domini reponeretur, id commendavit. Deut: 31,
24. Et sic postea aliorum quoq; sanctorum virorum scripta fue-

runt authentisata. Ita Iosua 24, 26. legimus ipsum verba sua scripsisse in volumine legis Domini, quod jam à populi Israelitici senioribus jussu Moysis ad arca fœderis latus erat collocatum. Ita aliorum quoq; Prophetarum libri non solum varijs miraculis in canonem recepti sunt, sed & hac repositione. Quare Deus dixit Esaia cap. 30, 8. Nunc ingressus scribe super tabulam, & in libro diligenter exara illud, & erit in die novissimo testimonium usq; in æternum. Et hos libros Christus deinde ipse tanquam canonicos approbavit, dum nos ad eos ablegavit Iohan. 5. v. 39. suam doctrinam ex ijs comprobavit. Luc: 24, 27.

XXXIII. Ex his, ut opinor, facile quilibet sanioris mentis assequitur, quanam canonis V. T. constitutio, quicq; ipsius sit auctor, nempe ipse Deus qui hos libros tanquam verè canonicos, & à fermento diabolico alienos, planeq; innoxios, approbavit.

2. Distinctio in Canonem Judæorum et Christianorum.

XXXIV. Iam ad alteram illam questionem, qua quaerimus, utrùm canon Judæorum, à Christianorum sit distinguendus, accedimus. Pontificijs, ut Apocryphis libris parem cum canonicis dignitatem tribuant, sub hujus distinctionis pretextu latibulum querunt. Cum n. audiunt controversos hos libros neq; in V. T. à Deo, neq; Christo aut primitivæ Ecclesiæ Patrum consensu canonicos esse proclamatos, inter Judæorum & Christianorum canonem esse distinguendum, & Patres de Hebræorum canone loqui, ut tum ex alijs, tum præcipuè ex Enchirid. Costeri titul: de libris canonicis apparet, clamitant.

XXXV. Verum frustra. 1. Vt enim una est Ecclesia V. & N. Testamenti, sic unam quoq; oportet esse regulam, secundum quam regatur. 2. Deus ipse commisit Judæis τὰ λόγια & Θεῶν Rom: 3, 2. Et annunciavit verbum suum Jacob: justitias & judicia sua Israël, nec taliter fecit ulli nationi, & judicia sua manifestavit eis. Ps: 147, 19. 3. Deus ipse, ut supra thes: 32. probatum, hunc confirmavit. Nec est, ut quis pretendat eum à Judæis

Indeis esse corruptum: nulla enim hujus rei à Christo & Aposto-
lis, quorum multum interfuit hoc non reticere, mentio injecta
est. Præterea ex historiographorum monumentis manifestum
est, tantam Iudeos libris sacris reverentiam exhibuisse, ut ijs
vel insidere piculare putaverint ut Zwinger: in suo Theat:
human: vit: scriptum reliquit fol: 4081. B. Nota quoq; est
illa historia ex Ioseph. lib. 20. cap. 4. antiquit: quanto pietatis
Zelo in militem inveci sunt, qui libros Mosaicos lacerasset,
ita, ut illi non prius cessarent, quam ille jussu Præsidis securiper-
cussus periret. Si igitur in illum tantoperè qui aliquem saltem
codicem laceravit, debacchati sunt, quid de eo futurum spera-
res, qui ipsi textui aliquid addere vel detrudere conaretur? Re-
ctè igitur dixit August: l: 12. contra Faust: Quid est gens Ju-
dæa, nisi quædam scriniaria Christianorum bajulans le-
gem & Prophetas ad Testimonium assertionis Ecclesiæ.

XXXVI. Cognitio sequitur, in quâ sunt primò libri V. *ll. quoad V. T. cons. scil. sp. Cognitio e,*
T. canonici, qui hi: 1. Genesis. 2. Exodus. 3. Leviticus. 4. *in qua s. l. libri V. T. H. Canonici,*
Numeri. 5. Deuteronomium. 6. Josua. 7. Judicum. 8.
Ruth. 9. duo libri Samuelis. 10. duo Regum II. duo Para-
lipomenon. 12. Esdras & Nehemias sive secundus Esdræ.
13. Esther. 14. Job. 15. Psalterium. 16. Proverbia. 17. Eccle-
siastes. 18. Canticum canticorum. 19. Quatuor Prophetæ
Majores, Esaias, Jeremias, *ejusdemq; Threni.* Ezechiel, Da-
niel, 12. Prophetæ minores, Oseas, Joël, Amos, Obadias,
Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Haggæus,
Zacharias, Malachias.

XXXVII. Libros hos enumeratos omnes esse canonicos, & *quod probatur,*
indubitata fidei, demonstramus (1) ab eorum formâ specificâ:
Quicunq; libri *Deo* continent, ij merito pro authenticis
habeantur. Atqui hi libri omnes eam continent. E. Minor pro-
batur tum ex alijs, tum ex Melitone cujus mentio fit apud Eu-
seb: Hist: Eccles: lib. 4. cap. 26, qui cum eâ de causâ ad Orientis

usq; locum profectus esset, ut ea scripta omnia qua à Iudais leguntur, exploraret, hunc recenset. Confer Joseph. lib. 1. cont: Appion:

XXXVIII. Licet autem quidam Pontificiorum nobis persuadere conentur Melitonem in canonem quoq; recepisse Sapi-entia librum, ex ipso tamen textu, ipsum per hunc librum ipsa Proverbia Salomonis intelligere, certum est. Et in hanc gratiam Rufinus textum græcum ita transtulit, ut non duos, sed unum intelligat librum.

XXXIX. Vocantur igitur V. Testamenti libri ij, qui ante Christum in hoc Mundo ex Maria virgine natum à Prophetis afflatu Spiritus S. percitis atq; linguâ Hebræâ conscripti, Ecclesiæ sunt commendati.

XL. Vel sunt specialia Novi T. qua iterum vel præcognitivè vel cognitivè considerantur.

XLI. In præcognitione consideramus Autorem seu quinquam Novi T. canonem constituerit, & is fuit idem qui in V. T. nempe ipse Deus, cujus jussu & impulsu Apostoli & Evangelista scribendi provinciam sibi de legerunt.

XLII. Et ut de horum librorum autoritate canonica constaret, confirmabantur (1) varijs miraculis. Domino enim cooperante, & sermonem confirmante, præconnaverunt Apostoli Marc: 16, 21. (2) Testimonio ipsorummet Apostolorum, qui scripta quatuor Evangelistarum tanquam doctrinam non humanâ voluntate allatam, sed divinitus inspiratam, Ecclesiæ commendarunt (3) Ipsius primitivæ Ecclesiæ testificatione. Quemadmodum enim in V. T. Ecclesiæ de scriptis Moysis, Prophetarum, aliorumq; sanctorum virorum testimonium potuit perhibere, & ea quorum efficaces effectus persentisebat, tanquam genuina probare: sic primitiva Ecclesiæ etiam de ijs, qui per Apostolos acceperat testificare potuit.

XLIII. In cognitione ponimus (1) numerum librorum qui

Specialia N. T.

librorum consid. v
1. Præcognitivè,
ubi d. d. s. i. Autho.

2. Authoritas Lib.
p. N. T.

Spec. N. T. gsid.
ii. Cognitivè.

qui hic est. I. Quatuor Evangelistæ: Evangelium Matthæi, Marci, Lucæ, Johannis 2. Acta Apostolica. 3. Epistolæ tredecim Pauli. 1. Ad Romanos 2. Prior 3. Posterior ad Corinthios. 4. Ad Galatas. 5. Ad Ephesios. 6. Ad Philippenfes. 7. Ad Colossenses. 8. Prior ad Thessalonicenses. 9. Posterior ad Thessalonicenses. 10. Prior. II. Posterior ad Timoth. 12. Ad Titum. 13. Ad Philemonem. 14. Una Petri. 15. Una Johannis.

XLIV. Iam ordo nos ducit ad Apocrypha in quibus eodem modo procedimus, quo in canonicis, ut I. Generalia. 2. Specialia pensiculemus.

XLV. In Generalibus occurrunt Nominalia: in quibus 1. ἔμφορ quod Grammaticum, nempe διὰ τὴ ἀπόκρυφον ab abscondendo seu occultando, inde ἀπόκρυφον occultus, absconditus, quasi dicamus libri obscure Originis, seu occultandi, ne publicæ autoritatis fiant, aut, quibus nulla, ut cum Flacio ex 2. part: Clav. script: p. 59. loquar, eximia autoritas tribuitur.

XLVI. 2. οὐνογονία, Sumitur vox Apocryphus vel latè, vel strictiùs vel strictissimè. Latè sumitur, si per eam ij libri indidentur, qui quidem afflatu divino sunt consignati, sed Autor seu causa Instrumentalis & organica ignoratur, quo pacto quosdam N. T. libros dicimus Apocryphos, de quorum materia divina quidem constat, sed non item de causa organica. Strictiùs cum illos intelligimus, qui quidem in Ecclesia ad edificationem morum leguntur, non tamen propter occultam originem, ad fidei dogmata probanda adhibentur. Et sic quidam V. T. libri dicuntur Apocryphi. Strictissimè. Cum de ijs dicitur, qui passim nothi, adulterini, absurdi & impij audiunt, quiq; nullo modo in Ecclesia nec ad fidem stabiliendam, nec mores instituendos tolerantur.

XLVII. Σουνογονία. Dicuntur aliàs à Cypriano Ecclesiastici, cujus appellationis rationem addit Sixtus Senens: lib. 1.

doctrina circa Apo.
cypria.

in qua occurrunt

1. Generalia

in quibus observ.

1. Nominalia

1. ubi

1. ἔμφορ Grammatica

ubi 2. Σουνογονία.

ubi 3. Σουνογονία.

Bibl. sanct: nempe quia in Ecclesia legi consueverunt. Ab Hieronymo ἀγιογραφα. Eusebio ἀμφιλεκτα καὶ ἀντιλεγόμενα. Eriphanio heres. 8. Βίβλια ἀκανόνιστα.

2. Realia.

XLVIII. Realia: In quibus observetur Apocryphorum descriptio: Illi igitur sunt ut Hieron: in præfat: Salomon: dicit: quos quidem Ecclesia ad ædificationem plebis legit, non ad autoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. August: de Civit: Dei, lib. 15. cap. 23. definitio talis est: Quorum occulta origo non claruit illis, à quibus usq; verarum Scripturarum autoritas certissimâ & notissimâ successione ad nos pervenit.

II. Specialia.
quod. V. T. N. T.
V. T. consil. 1. Pre.
cognitivè,

XLIX. Specialia sunt vel V. T. vel N. T. in V. præcognitionis ergò monemus, duplicis, si Pontificios respicias, farina esse ejus libros Apocryphos. Quidam (quos supra thes: XXII. recensuimus) ut ut in latina & græca versionis volumine contineantur, ipsis fatentibus Pontificiis sunt Apocryphi, quidam verò, cum re ipsâ Apocryphorum nomen effugere non possint, ab iis in canonica autoritatis thronum collocantur. Nos verò optimo jure ne hos, nec illos, ad probanda fidei dogmata admittimus.

II. Cognitivè,
ubi Græc. consil. 1. Pre.
N. T.

L. Cognitio. Posterioris farina Apocryphi sunt hi: Liber tertius Esdræ, liber quartus Esdræ, supplementum Esther, Oratio Manassis, Tobias, Judith, Baruch, Epistola Jeremiæ Baruch subjuncta, Liber Sapientiæ, Ecclesiasticus, supplementum Danielis, primus, secundus & tertius Maccabæorum.

LI. Sed ne injurii in hos libros, aut eos sine causâ gravissimâ ex Canone exterminasse videamur, aut etiam id nobis, quod olim gentilis Philosophus Moysi, nos multa dicere, pauca probare, opprobretur, hanc nostram sententiam sequentibus rationum fulcris suffulcimus:

Libros hos quæ Apocryphos probatur.

LII. Desumitur ab horum librorum formali tam interno quam externo. Quicunq; libri in V. T. non à Prophetis, divi-

no Numine immediatè illustratis, sunt in Hebraica lingua exarati, ij non sunt Canonici. Atqui hi libri modo recensiti non sunt à Prophetis divino Numine immediatè illustratis exarati. E. non sunt Canonici.

LIII. Major est universalis & patet potissimùm ex his dictis Luc. 1. v. 70. Locutus est Deus per os sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum ejus. Heb. 1. v. 1. Deus olim multifariam, multisq; modis loquutus Patribus, per Prophetas. 2. Pet. 1. v. 20. Non voluntate hominis allata est olim Prophetia, sed à Spiritu Sancto impulsus, loquuti sunt sancti Dei homines. Certum quoq; est vernaculâ linguâ Prophetas fuisse usos, nisi pauca quaedam Chaldaico idiomate expressa invenias, sed cum ea lingua ab Hebraea saltem dialecto distinguatur, ac post captivitatem Judaico populo ferè fuerit familiaris, inde nostri argumenti nervus non labefactatur.

LIV. Minor suâ ferè luce radiat. Sunt enim hi libri post Malachia tempora, ultimi Prophetarum, scripti, ubi jam amplius usq; ad Iohannem non Prophetia audiebatur. Præterea manifestum est ex eo hos libros à Prophetis divino Numine percitis non esse consarcinatos, quia quaedam in iis leguntur quæ Spiritui S. minimè conveniunt. V. C. in Prologo Syrach: Auctor legitur veniam petere his verbis: Hortor, itaque, inquit, venire vos cum benevolentia, & attentiori studio facere, lectionem: & veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione. Et 2. Maccab. 15. v. 39. Et siquidem bene & ut historiæ competit hoc, & ipse velim, si autem minus dignè; concedendum est. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alternis autem uti delectabile: ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Nec tandem lingua Hebraica sed Græca, ut partim ex Hieronymo, partim ex aliis apparet, sunt cõsignati.

L V.

LV. 2. *Argumentum ab horum librorum Subjecto: Quicunq; libri è diametro libris Canonicis in aliquibus locis adversantur, ij cum illis ejusdem dignitatis esse non possunt. Atqui libri Apocryphi Canonicis ex adverso contrariantur. E. cum sis ejusdem dignitatis esse nequeunt.*

LVI. *Minorem satis nervosè & verè pro nobis probavit D. D. Mentzerus in disput. 1. cont. Pistor. & Apologetica sua disput. Item Clariss: D. D. Gerhardus in sua Exegesi de S. Scriptura, ad quos lectorem remittimus.*

LVII. *Huc accedit, quod libri hi nunquam ab Ecclesia nec V. T. ne N. tanquam Canonici sint approbati. A V. T. Ecclesia non fuisse approbatos dicit Ioseph. lib. 1. cont. Appion. Non habentur, inquit, apud Hebræos in Canone Sacrorum librorum illi libri, qui post tempora Artaxerxis Longimani scripti sunt. Nec à Christianis in primitiva Ecclesia fuisse receptos, nostrates passim fecerunt planum.*

Concil. Tridentin. LVIII. *Ex his jam manifestum est, toto cælo errasse Concilij Tridentini Areopagitas, qui hos libros omnes in Canonem receperunt, talem annexentes conclusionem: Si quis libros hos integros cum omnibus & partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgatâ latinâ versione habentur, pro sacris & Canonicis non susceperit, anathema sit. Sed contrarium est supra probatum. Quicunq; enim libri destituuntur Canonicorum librorum essentialibus requisitis, ij in Canonicos referri non possunt nec debent. A qui hi omnes destituuntur, &c. E.*

LIX. *Non tamen inde eos planè damnamus, aut rejicimus, sed illis cum Hieronymo & Ruffino in expositione Symb. honestum locum tribuimus, nempe ut legantur ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.*

Spec. N. T. circa Apocryphos. confid. i. Præcognitioe LX. *In Specialibus Novi T. præcognitionis loco probè notan-*

notandum libros quosdam N. T. improprie & in latiori saltem significatione vocari Apocryphos, cum non in primitiva Ecclesia tam de causa Efficiente Principali, quam Instrumentali est dubitatum. Magnum enim & ingens est discrimen inter V. & N. T. libros Apocryphos, de illis enim non tantum propter causam instrumentalem, sed efficientem & subjectam materiam dubitatum; de his vero saltem propter organicam. Illis nunquam Ecclesia nec V. nec N. T. testimonium perhibuit; horum vero autores saltem, non autoritas in dubium vocata fuit. Quare dicit Euseb. lib. 3. cap. 35. Eccles: Hist: Scripta quæ non habentur pro indubitatis sed quibus contradicitur, licet Multis sint cognita hæc sunt &c.

LXI. Cognitio. Sunt igitur numero septem: Epistola ad Hebræos. 2. Epistola Jacobi. 3. Posterior Epistola Petri. 4. Epistola secunda. 5. & tertia Johannis. 6. Epistola Judæ. 7. Apocalypsis Johannis.

LXII. Adjuncta Sacra Scriptura statuimus I. Miracula, quæ omni tempore tanquam sigilla verbum divinum confirmantia & obsequantia comitata sunt. Moses enim non solum variis miraculis in deserto vivus, verum etiam mirando mortis genere, dum à Deo ipso supremo munere decoratus legitur, suis libris fidem & auctoritatem conciliavit. Deut: 34. v. 6. Sic quoque deinde Iosue scriptis adjunxit miracula 1. dum feliciter hostes Israelitarum superavit. 2. Transgressione per Jordanem Ios. 3. v. 15. 3. Solis statione per integrum diem Ios. 10. v. 13. Sic Propheta scriptis & dictis pondus addiderunt miraculorum dono. Elisa siccopede pertransiit Jordanem 2. Reg. 2. v. 14. 21. aquam fecit salubrem 2. Reg. 2. v. 20. Puerum denatum in vitam revocat 2. Reg. 4. v. 32. Mundat Imperatorem Naaman à lepra 2. Reg. 5. v. 14. Esaias solis umbram fecit retrogradum decem gradibus 4. Reg. 20. v. 11. Christus ipse in N. T. variis miraculis se verum Messiam ostendit, suam doctrinam iis con-

C

firma-

II. Cognitive.

III. Adjuncta SS.

firmavit Marc: 11. v. 4. & seq. Apostoli eodem modo Christi doctrinam confirmarunt juxta Paulum Heb. 2. v. 4. Et haec est causa, cur Pseudoprophetae miracula ediderint Deut. 13. v. 1. nempe, ut suis (falso licet) scriptis auctoritatem conciliarent. Sic in Novo T. Pseudochristus ille in Gallis, cujus mentio apud Magdeburgenses cent. 6. cap. 3. fol. 70. & cap. 5. fol. 317. injicitur, ope diabolicâ adjutus, morborum curationes, & divinationes, non sine singulari hominum admiratione, exercuisse visus est. Mahomed, variis visionibus nocturnis idololatricum & blasphemum Alcoranum confirmavit.

LXIII. 2. Certissima rerum futurarum olim per Prophetas praedictarum & vaticiniorum impletio Es: 45. & 49. & alibi.

LXIV. 3. Summa Prophetarum, Evangelistarum & Apostolorum harmonia & consensus. Act: 10. v. 43. Huic Jesu omnes Prophetae testimonium perhibent &c.

LXV. 4. Humile & triviale dicendi genus. Non enim eloquia Dei pomposo quodam orationis genere efferuntur, ut Apostolus 1. Cor. 2. v. 1. & 4. luculenter docet. Et hoc confirmat insignis illa Histor: quae Tom: 1. Concil. p. 235. scripta legitur de viro quodam simplicissima naturae, quem quidam Spiridianem fuisse dicunt, qui simplice fidei Articulorum expositione Philosophum quendam acutissimi ingenii, quem alii callidâ disputationis arte non potuerunt, vicit.

LXVI. Huc V. Martyria sanctorum virorum spectant, qui suo sanguine caelestis doctrinae puritatem obsignarunt.

LXVII. VI. Propagatio per simplices homines & piscatores in omnes terrarum oras, & per tot annos, multis licet crudelissimis persecutionum generibus intervenientibus, conservatio.

LXVIII. VII. Duratio in aeternum Es: 40. v. 8. Luc: 21. v. 33. 1. Pet. 1, v. 25.

LXIX.

LXIX. Objectum scripturae, est vel respectu pontificorum
falsum, vel respectu nostri verum. Falsum est, & non adequa-
tum, quod statuunt Pontificij, dum Gnosimachorum errorem,
quorum Damasus lib. de heresi mentionem inicit, xaxo q̄dix
quãdam malã impulsit, postliminiò quasi iterum in Ecclesiã po-
maria invehunt, & Laicis ad Praelatos & Ecclesiã Doctores
ablegatis, soli ordini clerico, & paucis quibusdam, quibus hoc à
sede pontificia est concessum, scriptura sacra lectionem attri-
buunt, ut prater alios ex Iohanne Molan: lib. de Theolog: pra-
ctica tract: 3. cap. 27. apparet: Negamus, ait, à Laicis requiri
studium scripturarum, imò salubriter dicimus eos à le-
ctione scripturarum arceri, sufficereq; illis, ut ex præscri-
pto Pastorum & Doctorum Ecclesiã vivant. Et ex scripto
Colonienf: p. 21. ubi ita legitur: Lectio scripturarum non
tantum non est utilis, sed multis modis perniciosã Ecclē-
siã. Ex quibus videre est, cum illi per Laicos omnes illos, qui non
sunt Clerico ordini addicti, intelligant, non tantum simplicio-
ribus, verum etiam Doctioribus, lectionē Bibliorum esse inter-
dictam. Indiscriminatim enim hæc dicta, omnes Laicos à scri-
pturarum lectione arcent, eosq; ut juxta præscriptum sacerdo-
tum se componant, jubent, imò non solum jubent, sed & seriò
mandant, & scribere non erubescunt, Laicis lectionem scriptu-
ra concedere, esse sanctum dare canibus, & margaritas ante
porcos mittere. Et licet quidam hujus interdictionis rigorem
disimulare videantur, & Laicis scriptura lectionem concedere,
tamen si paulò accuratius, quid per Clementis Pontificis VIII.
bullam unanimi Praelatorum & Doctorum consensu sit statu-
tum, consideraveris, quæ mens, qui animus sit, vel me tacente
videbis. In Castig: n. Indicis libb: prohib: super Pij IV. Regulam
hac adjungitur censura: Animadvertendum est, circa su-
pra scriptam IV. regulam fel: record. pij Papæ IV. nullam
per hanc impressionem & editionem de novo tribui fa-

IV. Objectum Scri-
pturae, quod est falsum
respectu Ponti-
ficiorum, qui Laicos
à lectione scripturae
arcent,

cultratem Episcopis & inquisitoribus, aut Regularium superioribus concedendi licentiam emendi, legendi aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum haecenus mandato, & usu S. Romanae & universalis inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi hujusmodi legendi vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias sacrae scripturae tam N. quam V. T. partes quamvis vulgari lingua editas, ac insuper summaria & compendia etiam historica eorundem Bibliorum, seu librorum S. Scripturae, quocumque, vulgari idiomate conscripta, quod quidem inviolate servandum est.

LXX. *Ne autem à quolibet, primo statim intuitu, more Andabatarum dimicare videantur, ratiunculas quasdam, quibus nobis erroneam suam opinionem propinare conentur, solent producere; ea vero cum passim à nostratibus satis nervosè sint diluta, ijs jam non immorabimur. Veram autem quare tanto impetu & tantis viribus tanquam de aris & focus de cavendâ Bibliorum lectione pugnent, qui vis sapiens facile olfacit, nimirum, cum videant eo potentius suae Religionis idolomaniam redargui, & nostrae religionis veritatis lucem exoriri, quò diligentius & attentius scriptura legitur, malunt more Juliani Apostatae, qui Scholas Christianorum, ne Philosophiae studio incumberent, Claudebat Ruffi: lib: 1. cap. 32, scripturae lectionem Laicis interdiceret quam ut ad veritatis lucem veniant.*

Verum, respectu nostri, qui hoc nostrum objectum & sic ita tuimus
LXXI. *Verum progrediamur ad verum Scripturae S. ob-*jectum quod sunt omnes homines, tam Clerici, quam Laici, seu clarius: Est omnis homo peccator ritè informandus in fide & bonis moribus.

*quò probatur
1. ab universali
Dei scriptura, quò omnes
hominis ad sanctam lectio-
nem destinavit.*
LXXII. *Quod ut probatum demus, sequentia producimus* argumenta. 1. *Desumptum est ab Universali Dei praescripto,* quo omnes homines ad Scripturae lectionem destinavit: *Quibuscumque, tam in V. quam Novo T. Scriptura S. à Deo per Prophetas & Apostolos legi est demandata, & omnes sunt ob-*jectum

jectum Scripturae S. Atqui ea omnibus hominibus est legi demanda. E. omnes sunt obiectum ejus.

LXXIII. Minorem probamus ex variis Scripturae locis. *Es: 34. v. 16.* Quarite ex libro Jehovæ & legite unum ex his non est defuturum. *Deut: 6, 7.* Non solum jubentur omnes in univrsam homines ea, qua scripta sunt, suis filiis narrare, sed & in perpetuam memoriam super postes & januas ædium scribere. *Exod. 24. v. 12.* jubet Deus per Moysen populum docere. *It: Ezech. 43. v. 11.* Eodem modo Salvator noster in N. T. nos ad Scripturas remittit *Ioh. 5. v. 39.* Abraham Epulonis fratres ad Moysen & Prophetas ablegat *Luc. 16. 30.* Quapropter Apostoli omnibus hominibus suas epistolas inscripserunt, ut videre licet ex *Rom: 1. v. 17.* quam Paulus omnib⁹ Christianis, qui Romæ sunt, & suis dilectis inscribit. *Eph: 1. v. 1.* omnibus fidelib. & sanctis *1. Cor: 1. v. 1.* Toti Ecclesiæ Corinthiæ: *1. Theß: 5, 27.* inquit: adjuro vos per Dominum, ut legatur Epistola omnibus sanctis fratribus. *1. Pet. Epist: c. 1. v. 1.* Advenis sparsim incolentib⁹ Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam & Bythiniam, sacrat. *Inde Chrysof: hom: 9. in Epist: ad Coloß: rectè dixit:* Audite obsecro seculares omnes: comparate vobis Biblia animæ pharmaca, si nihil aliud vultis vel N. T. acquirite.

LXXIV. 2. Ab Exemplorum piorum hominum à Deo approbatorum copiâ: si omni tempore tam in V. quam N. T. lectio scripturarum ab omnibus hominibus, tam Laicis quam Clericis fuit approbata, utiq. & jam non debet abrogari sed potius prorogari, sed verum est prius E. & posterius.

LXXV. Connexi hypothetici nervus stabilitur varijs exemplis. Sic *Iosæ 2. par: 34. v. 30. 31.* cum verba legis coram omni populo legerentur; sic in N. T. probatur *Æthiopiæ, Eunucho Præfæcti Candaces Regina Æthiopum*, qui sedens super currum legebat Prophetam *Esaïam. Act: 8. v. 27, 28.* Sic Nobili-
um

rum Theſalonicenſium Act: 17. v. 11. Sic omnes ij beati prædicantur quorum delectatio in lege Domini & Pf: 119. v.

2. Apoc: 1. v. 3. Pſal: 1. v. 1.

3. ab effectu scripturæ
ad oēs hoīes ſpectante

LXXVI. 3. Ab effectu ſcripturæ S. ad omnes homines ſpectante. Ex quocunq; omnes homines ea, qua ad ſalutem pertinent, haurire debent, ad id quocunq; admittantur neceſſe eſt. Atqui ex ſcripturâ ea omnia, qua ad ſalutem pertinent, haurire debent. E. ad illam admittantur neceſſe eſt.

LXXVII. Aſſumptum probatur ex ipſa ſcriptura: Illa enim eſt, qua nos inſtituit ad ſalutem 2. Tim: 3. v. 15. Præcepta piæ vitæ completitur Deut: 4, 5. c. 29, 29. Solatio erigit in miſeris Pf: 119. v. 50. vivificat Phil: 2. v. 16. vita æterna ex ea eſt haurienda Ioh: 5. v. 39. Ex ea diſcimus præcavere pseudopphetas 1. Ioh: 4. v. 1. Quibus ſanè omnibus frui non poſſumus, niſi ad ſcripturæ lectionem admittamur.

LXXVIII. Cum autem non unicuique fontes Hebræos & Græcos adire liceat, maximè neceſſarium videtur, ut in vernaculum idioma transfundantur, ut ſic viva iſtius aquæ rivuli per translationes has tanq; Siphones omnem terram irrigent.

LXXIX. Hanc noſtram ſententiam in viſto hoc argumento roboramus, ſumpto à mandato divino: Si Deus in V. T. judaico populo & Chriſtus in N. T. omnibus & ſingulis gentibus in vernacula lingua voluit prædicari & proponi Evangelium & verbum divinum; utiq; & jam non erit prohibitum, ſed verum prius. E.

LXXX. Majoris evidentia aſtruitur inde, quia in V. T. Prophetæ, & N. Apoſtoli, fidei dogmata propoſuerunt vernaculâ linguâ. Ideo n. Apoſtoli ſpiritu ſancto aſſati, donum linguarum acceperunt, ut ſcripturam S. omnibus gentibus dicarent. Huc accedit, quod in græca lingua T. N. conſignârint, qua tunc temporis, omnibus ferè gentibus erat vulgaris, ut præter alios ex Cicerone patet, orat: pro Arch: qui ita dicit: Si quis minorem

rem gloriae fructum putet ex graecis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat: propterea quod graeca leguntur in omnibus ferè gentibus, Latina suis exiguis sanè terminis continentur.

LXXXI. Minor inde nanciscitur lucem, quia Deus non Judæorum tantum Deus est, sed & Gentilium *Rom: 2. v. 10.* Si igitur Iudæis vult prelegi Scripturam in vernacula lingua, quid obstaret, quo minus nobis id concederet, siquidem ea jam ratio, quæ in Veteri & N. T. initio, pugnat, nempe, ut homines ad Christi regnum ducantur.

LXXXII. His rationibus Ecclesia mota, translationis laborem noluit de vitare. Non verò jam dicam de omnibus S. Bibliorum versionibus, quod nimium prolixum foret, sed saltem de vulgari, quam Pontificij in authentica autoritatis solium extollunt, & de nostri Lutheri Germanicâ, quæ variis modis ab adversariis arroditur. Est enim translata in Chaldaicam linguam, in Graecam, in Syriacam N. T. in Arabicam utrumq; Testamentum. In Anglo-saxonam auspiciis Ethelstani Regis Angliæ ut ZWing: ex Malmesbur. narrat in Theatro Hist: p. 3003. A. In Latinam sunt infiniti ferè: Vulgaris, Pagnini, Aria Montani, Castellionis &c. In Germanicam, Pistoris Calviniani, D. Lutheri, Dietembergij.

LXXXIII. Quod autem attinet Vulgarem editionem, scimus quidem, illam à Concilii Tridentini Patribus, Canonicâ & authenticâ autoritate esse donatam, sed sine ulla satis firma ratione adducta. Nam cum extra dubitationis aleam positum sit, proprium Scripturae S. fontem esse Hebraicam & Graecam linguam, quis tam bliteus erit, ut, illis rejectis, sine ulla divina jussione sibi latinam illam versionem eligat, quam vitiosam, mendosam, multisq; parasangis variis in locis genuinum sensum post se relinquere videat, nec unquam ad autographum recurrat? Quis Imperator, Princeps aut Dux concederet, ut
suum

Hinc varia S. Franc.
lationes.

11
suum diploma in aliam linguam traductum, & multis in locis corruptum, suis subditis tanquam originale obrudi pateretur? O sedam Pontificiorum audaciam & impudentiam!

LXXXIV. Lutheri nostri Germanicam versionem licet minimè faciamus authenticam, (illum enim honorem solis fontibus relinquimus) tamen intrepidè asseverare audemus, illam non solum eleganter & perspicuè, sed & propriissimè originalis textus sensum proponere & exprimere. Licet verò maxima Pontificiorum pars, eam multis in locis arrodant, & vitiosam ostendere moliatur, attamen cum eam, aut juxta suam vulgarem Latinam examinent, aut magis verborum numerum, quam sensum, respiciant, ejus laudi nihil derogatur. Sed de his in ipso disputatorio discursu patientior erit differendi campus.

LXXXV. Iam cum satis abundè probatum sit, scripturarum translationem non modo utilem, sed maximè necessariam esse, ad ejusdem interpretationem referimus pedem. Non enim omnia promiscuè Ecclesie membra literarum cognitione sunt imbuta, sed & illiterati & idiota reperiuntur, quibus ne quidem prima literarum elementa sunt cognita, ut igitur & illi finem, quem nobis scriptura proponit, ut videlicet ad vitam æternam erudiantur, obtineant, interpretatio necessariò requiritur. Queritur igitur cuinam ea competat?

LXXXVI. Pontificij, ut suorum errorum patrocinium querent soli Papæ, quippe cui omnia jura in pectoris scrinio sint, eam tribuunt; Inde Papa Nicolaus dist: 96. cap. Satis. Dicit: Papam Deum à Constantino vocatum esse. Propterea nempe, quòd omnia ejus dictata & interpretationes pura, authentica sint, omniq; exceptione superiores, ut contra eas ne hiscere liceat. Sed nos meritò hanc sententiam tanquam impiam, nulliq; sacrae scripturae fundamento innixam repudiamus.

LXXXVII. Non enim hac interpretatio præceptis Apostolicis consona. Paulus enim modum justæ interpretationis præscri-

scripturus inquit: 1 Cor: 14. v. 29. Prophetæ duo aut tres lo-
quantur & cæteri judicent. Hoc observarunt Berrhœrteses.
Act: 17. v. 11. Quare tale scrutinium laudat Paulus 1. Thes: 5
v. 19. 20. & Iohannes 1. Epist: 4. v. 1.

LXXXVIII. Scriptura S. per Spiritum S., qui in omnem
veritatem nos deducit Ioh. 16. v. 13. debet exponi. Non enim
est idius ἐπιλόσεως ut quilibet sibi ex proprii humani cerebri,
aut alijs hominis figmentis interpretationem eruat, aut ex tra-
ditionibus ab hominibus profectis, sed sicut à Spiritu Sancto ali-
quando allata est, ita jam quoq; ab eodem explicatio est expe-
ctanda, ut luculenter possumus ex 2. Pet- 1. v. 20. & 21. colli-
gere. Pontificii verò ex Traditionibus & Patribus eam inter-
pretantur, licet illa puriori etati nunquam sit frequentata.

LXXXIX. In omni Scriptura S. interpretatione ἀναλογιὰ
ἡς πίστεως, seu loquitur Paulus Rom. 12. v. 6. est attendenda,
& omnium Christianæ fidei Articulorum, universaq; Cathe-
chistica ab Apostolis in orbe terrarum predicata summa conso-
nantia & harmonia. Pontificij verò ab hac discedentes, no-
vos fidei articulos comminiscuntur: cum enim Apostolus in
omnibus suis epistolis inculcet fidem solam nos justificare, illi di-
cunt, non fides sola, sed bona opera.

XC. Literali potissimum, nisi absurditas quædam hinc
oriatur, sensui est adhaerendum: Illi verò non solum à lite-
rali sensu discedunt, sed etiam planè novas & absurdas inter-
pretationes in Ecclesiam invehunt, ut videre est integrum ex
Biblijs, Mariæ dictis, ab Alberto M. Episcopo Ratisbonensi
adornatis, qui maximam dictorum scriptura S. partem, ad Ma-
riam ineptissimè traduxit. V. C. In principio creavit Deus
Cælum, hoc est, Empyreum per quod Maria significatur.
Fiat lux, id est, nascatur Maria. Appellavit lucem diem, id
est, Mariam, &c. Plura ex ysdem Biblijs Mariæ, quibus illa
scantent, magno numero, qui desiderat, petat.

D

XCI.

XCI. Tandem Finis interpretationis sit primarius gloria Dei 1. Cor: 14. v. 26. omnia, inquit, Apostolus, quæcunque feceritis, facite in gloriam Dei: Subordinatus ædificatio proximi. Pontificij verò cum principalem finem sibi non observandum putant, & subordinatum non assequuntur. Cultum n. adorationis non solum ad Deum sed ad sanctos quoque dirigunt. Christi omnipresenciam, quoad carnem negant, & dictum illud Matt: 28, 20. Ecce ego sum vobiscum omnibus diebus, usque ad consumationem seculi, intelligunt de divina tantum Christi natura, sed garriant illi contra hoc mysterium: nos credamus, nos omnia cum Paulo ad gloriam divinam dirigamus, ipsi DEO nostro, scripturarum autori & vindici sit laus per omnia secula.

Mantissæ seu additamenta à presenti materiâ non aliena.

I.

Num Deus Legis volumen ideò arcæ foederis includi jusserit, ut nunquam, nisi septimo demum anno, jubilæo videlicet, ab universo populo legeretur & audiretur? N.

II.

Num Masorethæ Biblia sacra corruperint? Negamus ἀπόλοις contra Jacob: Gordonum Huntlaum societate: Jesu D. Theologum. controversi: 1. c. 9. p. 24. 0. 5.

III.

Num veræ orthodoxiæ Christianus citra suæ fidei detrimentum V. Testamenti lectionem, tanquam non æquè cum N. T. necessariam, devitare possit? N.

IV.

Utrum Doctor Angelicus in Scrutandis sacrae Theologiæ arcanis, Salomoni, autoritate Innocentij, quod nuper publicâ disputatione propositum est, præferri possit. debeatque. N.

ANDREAS HOGREVIUS *Stetinensis Pomeranus*
autor ac Respondens.

ἀναρχαυματιδὲς

En! nudos justè reputas: Sonis Sacro regna, ætheris donum Sperans.

Bellua si vulgi durum conamen, amice,
Esse tuum: gratum docta corona feret.
Hoc tibi, qui *sacro* fudas in dogmate: famam
Augeri que tuam niteris, arte, cape.
Hoc, ut publicitus Musarum divite fructu
Te commendares, te stimulasse puto.
Viribus hinc summis indagas astripotentis
Verbi naturam: lausque decusque tibi.
Nudos ac ejus consensus pectore *nudo*
En! justè reputas, en! reputasq; dolos.
Quod superest, *sacro* verbi jam semine *regna*
Adversis que sibi, futilibus que *sonis*
Accipies *sperans donum sic ætheris almi,*
Si vitale suum denegat, ecce! lutum.

Intima amicitia ergò hæc paucula addidi

Christianus Redtelius Stargardo-Pom:

Qui vult Sacrarum tractare negotia rerum,
Atq; voluntatem ritè docere DEI:
Ille sibi Sacri proponat dogmata verbi,
è quæis sunt animis fulcra petenda piis.
Rectè igitur facis Hogrevi doctissime, Sacris
Quando ex scripturis colligis arte theses
Pro normâ Scripturarum. Bene! semper & ista
Litibus in cunctis arbiter æquus erit.
Quod superest, adsit sanctus tibi Spiritus Autor,
Atq; regat linguam, cor, animumq; precor.

Sic felicis ominis causâ gratulabundus applaudere voluit

PHILIPPUS D.F. CRAMERUS. Sed. Pom:

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΙΑ

ω ληροφορημένη

Dni. Resp. Ter-sancti Numinis auspiciò pro
principe Christianæ religionis articulo
disputaturi.

ANDREAS HOGREVIUS Stetinensis Pomeranus
thesium auctor juxta ac Respondens.

per anagramma (Xresol. in es)

SA NO NUMEN ADEST. HOSTES, INSURGO, RUETIS
RASI SCRIPTURÆ HOC AUSPICE. NUMEN ADEST!

Nummen adesse solet, sanò qui sana salutar
Ore sacra, à gerris & ratione procul:
Numen adesto tuis, contra qui Gorgonas, hostes
Infensos, surgunt: Numen adesto mihi!
Numen adest! Insurgo; Hostes non corda ruetis
Rasi scripturæ Hoc Auspice; Numen adest!

deproperata boni ominis & amici nominis ergò

à J. BENTHERO. P.

ALIUD.

Utile terrigenis cunctis est, optime amice
Si fecum repetent lecta, relecta sua,
Utile sed magis est, si quis de ponte Cathedræ
Præfide sub claro, verba polita facit.
Lectio lecta placet, decies repetita placebit,
Perplacet illa, theses instituendo pias?
Lectio lecta placet, decies repetita placebit,
Perplacet hæc verò, si ordine lecta locas.
Multa legis, relegisquæ domi, curâq; revolvis,
De quibus hoc puncto differere est animus.
Numen cunctipotens, artis Scophiæq; repertor
Aspires cœptis, supplice voce precor.

Hæc suo consanguineo, populari & amico Charissimo scripsit

TILEMANNUS WALDOVIUS Sedino-Pom.

Quicquid *Theiologus* (licet hæc sibi nomina falsi
Affingant multi) *scriptitat*, omne *sacrum*.
Quicquid *Theiologus scriptum* dictum vereliquit
Subsit iudicio, num sit id omne *sacrum*.
Sacrum est, *Theiologi* si falli nescia *Scriptum*
Regula scripturæ iudicat esse *sacrum*.
Hoc ipso *scriptum* quod non est ordine *scriptum*,
Non nisi spurca audit *scriptio Theiologi*
Regula noscatur quin hæc adhibenda futuris
Omnibus est omnis cautio *Theiologis*.
Abdita *scripturæ* quod discutis ergò, Magister
Quis tibi non tote pectore dicat: A V E.
En, eò A V E dico, & sic disceptare potis sis
De *scripturarum* codice, sicque queas
Scribere de sacris, ut quondam nomina possis
In coetu *sacro* sumere *Theiologi*,
Et tandem *adscribi* socijs cœlestibus, id quod
Debent, discipuli pectora grata, vovent!

Intimi amoris declarandi ergò apponere debuit Dn. Præceptor
ptori percharo

FRIDERICVS SCRÖDERVS Ged: Boruss:

Qua ratione solent pugilum tentare tyrones
Ludos anticipites, neq; si superare per annos
Ac usum nequeant, perfundi densa pudore
Se per spectantum permittunt agmina: certant,
Quò - sibi - cunq; modo liceat: sperantq; futuros
Cum Christo atq; die progressus: Taliter audax
Ipsus ego, hos inter, quos exercere palastram
Pieriam minimus video, contexere conor
Verba metro. Aspergat Doctorum turba pudorem
Detergunt Præceptoris benefacta vicissim,

Cui

*Cui non gratari nequeo. Quapropter, ut hæcce
Vilia sint (quis enim conamina grandia primum
Esse putat?) tamen exoptant spirabile Numen
Illi, qui nostram studet efformare Minervam
Strenuus, ut scripti tutetur dogmata verbi
Strenuus. Expectet tempus: meliora sequentur
Dummodo non Atropos scissura est stamina vite.*

Gratulabundus exaravit Dn. Respondenti & Præceptori colendo
JOHANNES D.F. FABRICIUS. Danti Romæ.

Est fama vulgi, quod Mydæ
Concessa quondam liberè
Gentilium sit optio
Quem per Deastrum nescio,
Ut quid rogaret coelitus.
Sed ille, homo stultissimus,
Optabat, ut quod tangeret,
Aurum Deaster redderet:
Et dicta facta, ut denique
Sit mortuus dira fame:
Hæc vota si contingerent
Mihî, voverem currerent
Feliciorè flumine
Modi, quib. mens neçtere
Est verba, quo gratarier,
Illi valerem, quo tener
Animus mihi pulcherrimis
Firmabitur scientiis,
Felicitet Numen bonum,
Quod suscipit jam exercitium.
Sed vota prima haud tenuitas
Expectat hæc: quod sanctitas
Promisit ergò coelica,
Voti mei sit summula:
Ut disputet, qui docet nos,
Quo Numinis triplex honos
Crescat, sacræque litteræ
Stent quòque tutæ tempore.

Hæc honoris ergo Dn. Præceptori meo scrip.

DANIEL à GREVERATH D.B.

